

4872.

1352 Dec. 4.

Gudmund Djäken ingår ett jordaskifte med Karl Laurensso.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Gudmundus dyacon salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium constare volo omnibus euidenter me discreto viro Karolo Laurinsson et suis heredibus decem solidos terre in Taalby situs parochia Slem cum omnibus attinenciis resigno inperpetuum possidendos. Pro istis x solidis predictis ego Karolus Laurinsson predia mea, videlicet vnum aattungum terre in Krækilstadhum situm in parochia Vesturuiik cum sextadecima parte molendini in Ranstadhum cum omnibus adiacentibus, predicto Gudhmundo dyacon assigno pleno iure. In cuius rei euidentiam sigilla discretorum virorum, videlicet Byrgeri Niclisson, domini Petri, rectoris ecclesie beati Botuidi, vna cum sigillo personali presentibus sunt appensa. Scriptum anno Domini m^o cc^ocl^oii^o die beate Barbare virginis.

På baksidan med senare hand: Talby Släm.

Sigill: n. 1 (sparre): s' BIRGRI NICOLAI; n. 2 (ett streckadt P och en kalk): s' PETRI SACERDOTIS; n. 3 (en ving): s' GVD . . . DI IACOPS'.

4873.

1352 Dec. 5.

Skara.

Konung Magnus' dom i tvisten mellan Israel Birgerssons änka och öfriga arvingar å ena sidan och nunnorna i Årnäs å den andra.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Nos Magnus, Dei gracia rex Suecie, Noruegie et Scanie, mandamus vobis domine Birgitte relicte necnon aliis¹⁾ heredibus felicis recordacionis domini Israelis Birgisson sub amissione xl marcharum, quatenus religios dominis abbatisse et conuentui in Aranæs de centum marchis denariorum sueuorum, in quibus ipsis idem dominus Israel iuxta continenciam litterarum suarum, quas vidimus, extitit veraciter obligatus, infra sex ebdomas a percepcione presencium cum effectu satisfacere studentis vel satisfactum in parte siue toto per litteras quittatorias vel alias secundum patrie leges racionabiliter ostendatis. Alioquin dominas abbatissam et conuentum predictas bonis in Kiætastadhæ pro dictis centum marchis inpigneratis frui libere permittatis, donec eisdem de vltima premissi debiti summa plene et integre ostenderit satisfactum. Datum Scaris anno Domini m^occ^oclii^o in profesto beati Nicolai sub sigillo ad officium sigillo ad causas non presente.

På baksidan: Arones.

Sigillet borta, remsan kvar.

¹⁾ Detta ord är skrivet ofvanför raden.